



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Ca. XXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

MATTHAEVM. Fo. XXXI.

& paup̄m, aut sitientem, & dedimus tibi potū? Quando autem te vidimus hospitē, & collegimus te: aut nudū, & cooperuimus te: aut quando te vidimus infirmū aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, quatenus fecistis vni de his fratrib⁹ meis minimis, mihi fecistis, Tūc dicet & his qui a sinistris erūt: Discedite a me maledicti in ignē eternū, q̄ paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi cibū, Sitiui, & nō dedistis mihi potū. Hospes erā, & nō collegistis me. Nud⁹, & non operuistis me. Infirmus & in carcere eram, & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi dicentes: Dñe, quando te vidimus esurientē, aut sitiētem, aut hospitē, aut nudum, aut infirmū, aut in carcere, & non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis: quatenus nō fecistis vni de minimis his, nec mihi fecistis. Et ibūt hi in suppliciu aeternū, iusti vero in vitā aeternē. ¶ CA. XXVI.

T factū est, cū cōsumasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quod post biduū pascha fit, & filius hoīs tradit̄ vt crucifigatur. Tunc cōgregati sunt principes sacerdotū & scribæ & seniores populi in atriū principis sacerdotū, q̄ dicebat̄ Caipha: & cōsiliū inierūt, vt Iesū dolo caperent, & occiderent. Dicebant autē: Non in die festo, ne tumultus fiat in populo. Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier, habens alabastrum vnguenti præciosi, & effudit super caput ipsius recubentis. Videntes autē discipuli, indignati sunt, dicentes: Ad quid per-

G

SECUNDVM.

ditio hæc? Potuit enim istud unguentū venundari magno, & dari pauperibus. Eo autē cognito, Iesus ait illis: Quid molesti estis mulieri? Opus enim bonū operata est erga me. Nā semper pauperes habetis vobiscū, me vero nō semper habetis. Quod enim hæc unguentū hoc misit super corpus meū, ad sepeliendū me fecit. Amen dico vobis, vbi cūq; prædicatū fuerit hoc euangelium in toto mundo, hoc quoq; quod hæc fecit narrabit in memoriā ipsius. Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotū, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradā illū? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Ex eo tpe querebat opportunitatē vt eū traderet. Cæterū primo die azymorū accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes ei: Vbi vis paremus tibi ad edendū pascha? At ille dixit: Ite in ciuitatem ad quendā, & dicite ei: Magister dicit: Tēpus meū prope est, apud te facio pascha cū discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha. Vespere autē facto, discubebat cum duodecim, & edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quod vnus vestrum me proditorus est, & mæsti redditi vehementer, cœperunt singuli dicere ei: Nū ego sum dñe? At ipse respondens, ait: Qui intinxit mecum manū in catino, hic me proditorus est. Filius quidē hoīs vadit, sicut scriptum est de illo: Ve autē homini illi per quē filius hominis proditur: Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas, qui tradidit eū, dixit: Num ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti. Vescitibus autē eis, accepit Iesus panem, & cum egisset gratias, fregit deditq;

MATTHAEVM. Fo. XXXII.

discipulis, & ait: Accipite, comedite, hoc est corp⁹ meū. Et accep-
 to poculo, gratijs actis, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc oēs. Hic
 est enim sanguis meus qui est noui testamenti, qui pro multis ef-
 fundit̄ in remissionē peccatorum. Dico autem vobis: non bibam
 posthac ex hoc fructu vitis vsq; in diem illum, cum illud bibam
 vobiscum nouum in regno patris mei. Et cum hymnum ceci-
 nissent, exierunt in montē oliuarum. Tunc dicit illis Iesus: Om-
 nes vos scandalū patiemini per me in ista nocte. Scriptū est em̄:
 Percutiam pastorē, & dispergentur oues gregis. Postquā autem
 resurrexero, praecedam vos in Galileam. Respondens autem Pe-
 trus, ait illi: Et si omnes scandalum passi fuerint in te, ego tamen
 nunquā scandalū patiar. Ait illi Iesus amē dico tibi, quod in hac
 nocte antequā gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiā
 si oportuerit me mori tecū, non te negabo. Similiter & oēs disci-
 puli dixerunt. Tunc venit Iesus cū illis in villā, quae dicit̄ Geth-
 semane, & dixit discipulis: Sedete hic donec vadam & orem illuc.
 Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedaei, coepit affici dolore
 ac moestitudine. Tunc ait illis Iesus: Tristis est anima mea vsq;
 ad mortem: Manete hic & vigilate mecū, Et progressus pusillū,
 procidit in faciem suam, orās & dicens: Pater mi, si possibile est,
 transeat a me calix iste, veruntamen non sicut ego volo, sed sicut
 tu. Et venit ad discipulos, & reperit eos dormientes, & dicit Pe-
 tro: adeo nō potuistis vna hora vigilare mecū? Vigilare & orate,
 vt ne intretis in tentationē. Spiritus quidē promptus est, at caro
 infirma. Rursus altera vice abiit, & orauit, dicens: Pater mi, si non

SECVNDVM.

potest hoc poculū transire a me, nisi bibā illud, fiat voluntas tua
 Et venit, & reperit eos iterū dormientes. Erant enim oculi eorum
 grauati. Et relictis illis, iterū abijt, & orauit tertio, eundē sermo-
 nē dicens. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite
 iam & requiescite, ecce appropinquauit hora, & filius hoīs tra-
 dit in manū peccatorū. Surgite eamus, ecce appropinquauit qui
 me tradit, Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de nūero duode-
 cim venit, & cū eo turba multa cū gladijs & fustibus, missi a pri-
 cipib⁹ sacerdotū & senioribus populi. Is vero qui tradebat eum,
 dedit eis signū, dicens: Quēcunq; osculatus fuero, ipse est, tenere
 eum. Et cōfestim accedens ad Iesum, Dixit: Aue rabbi. Et oscula-
 tus est eū. Dixitq; illi Iesus: Amice, ad quid ades? Tūc accesserūt,
 & manus iniecerunt in Iesum, & ceperunt eum. Et ecce vnus ex
 his qui erant cum Iesu, extendēs manū, exemit gladiū suū, & pec-
 tiēs seruū principis sacerdotū, amputauit auriculā ei⁹. Tūc ait illi
 Iesus: Cōuerte gladiū tuū in locū suū. Oēs em̄ q; acceperint gla-
 diū, gladio peribūt. An putas qd nō possū nūc rogare patrē me-
 um, & exhibebit mihi plus quā duodeci legiōes angelorū? Quo-
 modo ergo implebunt scripturæ, q̄a sic oportet fieri. In illa hora
 dixit Iesus turbis: Tanq̄ ad latronē existis cū gladijs & fustib⁹ ad
 cōprehendendū me: quotidie ap̄d vos sedebā docens in templo,
 & nō me cōpistis. Hoc aut̄ totū factū est vt cōplerent scripturæ
 pphetarū, Tūc discipuli oēs relicto eo fugerūt. At illi cōprehē-
 sū Iesū duxerūt ad Caiphā principē sacerdotū, vbi scribæ & senior-
 tes cōuenerāt. Petrus aut̄ sequebat̄ eū, p̄cul vsq; ad atriū principis

MATTHAEVM. FO. XXXIII.

sacerdotū. Et ingressus intro, sedebat cū ministris vt videret finē. Principes autē sacerdotū, & seniores, & totū cōciliū quærebant falsum testimoniū contra Iesum, vt morti eum traderent, & non inueniebant, etiam cum multi falsi testes accessissent, non inueniebant. Nouissime autē venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit: Possum destruere templum dei, & intriduo ædificare illud. Et surgens princeps sacerdotum ait illi: Nihil respondes? Cuius isti aduersum te testimoniū dicunt? Iesus autē tacebat. Et respondens princeps sacerdotum, Ait illi: Adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis, an tu sis Christus fili⁹ dei. Dicit illi Iesus: Tu dixisti. Verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentē a dextris virtutis dei, & venientem in nubibus cœli. Tunc princeps sacerdotum dissidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit: quid insuper egemus tēstibus? Ecce nunc audistis blasphemiam eius: quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæciderūt. Alij autem palmas in faciem eius dederūt, dicentes: Vaticinare nobis Christe, quis est qui te percussit? Petrus vero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum vna ancillula, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicas. Cum autem exisset in vestibulū: vidit eum altera ancilla, & ait his qui erāt ibi: Et hic erat cum Iesu Nazarenō, & iterū negauit cum iure iurando: Nō noui hominem. Et post pusillū accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es, nam & loquela tua te manifestum facit.

G ij

SECUNDVM.

Tunc cœpit detestari & iurare, quod non noffet hominē. Et continuo gallus cantauit. Et recordat⁹ est Petr⁹ verbi Iesu, qui dixerat ei, Prius q̄ gallus canet, ter me neabis, & egressus foras, fleuit amare.

¶ CAPVT. XXVII.

Ane autem facto, concilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traderent. Et vinctum eum adduxerunt & tradiderunt pōtio Pilato præfidi. Tunc videns Iudas qui eum tradiderat, quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccavi, tradens sanguinem innoxium. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videbis. Et proiectis argenteis in templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit. Principes autē sacerdotū acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonā, quia præciū sanguinis est. consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum, quapropter vocatus est ager ille ager sanguinis, vsq; in hodiernum diem. Tūc impletum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem: Et acceperūt triginta argenteos præcium æstimati, quē æstimatum emerunt a filijs Israel: & dederunt eos in agrum figuli, sicut cōstituit mihi dominus. Iesus autem stetit ante præfidē, & interrogauit eū præfides, dicens: Tu es rex Iudæorum? Dicit illi Iesus: Tu dicis. Et cū accusaretur a principibus sacerdotum & senioribus, nihil respōdit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis q̄ multa aduersum te dicunt?